Konrad Schiffmann: Tabulae omnium codicum manu scriptorum et annis 1470-1520 impressorum, quos asservat Bibliotheca Seminarii cleric. Linc. [handschriftlich]

Linz, 1895 Seite 5r

Quelle:
Copyright:



**2.** Codex membranaceus, saec. XII. XI. IX. folior. 101. 8° (Fol. 1 – f. 24$^b$ manu saec. XII., f. 25$^a$ – f. 30$^b$ manu saec. XI. prima, f. 31$^a$ – 70$^b$ manu saec. XI. secunda, f. 71$^a$ – f. 101$^b$ manu saec. IX. exarata puto. In textu dispersim correcta et inserta margin. occurrunt. In f. 31$^a$ habes verbum in textu ceteroqui latino ling. germ.: himilinperc.

Membrana et textus variis locis acore corrupta et f. 90 litt. init. exsecta.

Codex prius erat canoniae Subensis, ut ex inscriptione saec. XVIII. in f. 1$^a$ patet: Coenobii Subensis.

Ligatura recens. Cod. totus man. XIX. saec. foliatus. (Cat. Num. X. 66. 21. 4555.)

1.) Fol. 1$^a$ – 13$^a$ Vita s. Lantperti (patroni canoniae Subensis.) f. 1$^a$ litt. capit. col. rubr. inscribitur: "Incipit libellus de vita et virtutibus beati Lantperti, episcopi et martyris."
Inc.: "Si paganorum saeva (litt. capit.) et nefanda" etc. Expl.: "Ibi assidue caecis visus debilibus gressus surdis auditus mutis loquela per merita sancti martyris est et reddita."
cf. Tabulas Cod. MSS. Bibl. Palat. Vindob. Vol. I. p. 100. Cod. 577. 19.

2.) f. 13$^a$ – 14$^a$ "Missa s. Lantperti episc." (litt. capit. col. r.) Inc.: "Origo et consummatio totius bonitatis deus" etc. Expl.: "ipso intercedente mereamur de tuae pietatis abundantia gratulari. Per Dom. etc."

3.) f. 14$^a$ – f. 17$^b$ "Visio Hesdrae" (litt. capit. col. r.) Inc.: "Cum orasset Beatus Hesdras (litt. capit.) ad dominum dixit: Domine da mihi fiduciam" etc. Expl.: "Dixit Dominus servis qui bene servierunt Domino suo libertatem accipit sic sunt justi in regno celorum Amen."

4.) f. 17$^b$ – f. 24$^b$ "Huius imitabilis conversionis actuumque et morum vitam et penitentiae magnum virileque certamen venerabilis Mariae Egiptiacae qualiter in heremo expleverit tempora vitae. De Greco transtulit in latinum Paulus venerabilis diaconus sanctae